

Beiband 2
H.I S. 6

1033 Juni 20. Nordhausen.

[7]

Kaiser Konrad II. bestätigt dem Kloster Helmarshausen das Markt-, Münz- und Zollrecht dafelbst.

(C.) \times In nomine sancte et individue Trinitatis. Chuonradus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. \times Omnium nostri Christique fidelium tam presens quam et futura comperiat turba, qualiter nos ob interventionum ac petitionem dilectae coniugis nostrae Gisalee imperatricis videlicet augustae et nostrae dilectissimae prolis Heinrici regis ne non et fidelis nostri Meinwerchi episcopi, maxime vero ob amorem Dei Winoni, sanctae Helmwardeshusensis ecclesiae venerabili abbatи concessimus, largiti sumus ac firmiter dedimus fas atque licentiam, potestatem, in eodem loco Helmwardeshusun dicto, in comitatu Benhonis comitis et in pago Angera sito faciendi, habendi ac construendi mercatum, monetam constituendi, theloneum accipiendi, ibique totius publicae functionis negotium decrevimus colendum. Unde imperiali iubemus potentia, ut omnes negotiatores caeterique idem mercatum excolentes, commorantes, euntes et redeuntes talem pacem talemque iusticiam obtineant, qualem illi detinent, qui Mogontię, Colonię et Trutmanne negotium exercent talemque bannum persolvant, qui idem mercatum inquietare aut infringere presumant. Idem mercatum cum iam dicta functione, moneta, banno et theloneo in proprium tradidimus memorato coenobio suisque rectoribus imperpetuum. Et ut haec traditio firmior omni permaneat aeo, hanc cartam inde conscriptam propriaque manu corroboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

\times Signum domini Chuonradi Romanorum imperatoris (M.S.) invictissimi. \times
 \times Burchardus cancellarius vice Bardonis archicapellani recognovit. \times

Data XII. kal. Julii anno dominice incarnationis M. XXX. III. indictione I.
Anno autem domini Chuonradi secundi regnantis VIIII. imperii vero VI.
Actum Northuse; feliciter amen.

Orig. — Siegel abgefallen; Kreuzschnitt.

Druck Schaten I, ad ann. Danach und nach Ms. I, 242 p. 45 des Staatsarchivs
Münster bei Wilmans-Philippi K.-L. II, Nr. 184, S. 230 und M. G. DD. K II
Nr. 190, wo die weiteren Drucke angegeben sind. Stumpf Nr. 2039.